Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



26

Juxta quod in sapientiae laudecantur. Longitudo dierum in dexterae eius. in sinistra illius diui

Et zacharias turbatus est uidens et timor inruit super eum. Ait autem ei angelus. Ne timeas zacharia quoniam exaudita est deprecatio tua.

Trementem zachariam confortat angelus. qui a sicut humane fragilitatis est. spiritalis creaturae uisione turbari. Ita angelicae benignitatis est. pauentes de aspectu suo mortales mox blandiendo solari. At contra daemonicae ferocitatis est. quos sui presentia territos senserit. amplioris semper horrore concutere. quae nullam eius iniunctionem quasi desuperantur intrepida.

Et uxor tua elisabeth pariet tibi filium et uocabis nomen eius iohannem.

De percatione dicens exaudita est factum continuo permittit uxoris. non quod ille qui pro populo oblaturus intercederet relictis publicis uotis pro accipiendis filiis orare potuerit. presertim quia ne mo orare quod se accepturum desperet. Adeo autem ille iam a laetitiae suae et infecunde coniugis memor. nasci sibi filios desperabat. ut nec angelo hoc permittente credere et. sed quod dicit.

Exaudita est deprecatio tua. pro populi redemptione significat. Quod uero adiungit. Et uxor tua pariet tibi filium. Eiusdem redemptionis ordinem pandit. Qui uidelicet natus zachariae filius redemptori illius populi preconando in spiritu futurus. Singularis autem merita indicium datur. quotiens hominibus adhuc uel inponitur nomen. uel mutatur.

Sic abram quia pater multarum gentium erat futurus. abraham est uocatus. Sic iacob quia dominum uidit israel appellari meruit. Sic iosias rex obeximiae uirtutis culmen nominatus adhuc est. multo antequam natus. Iohannes ergo interpretatur in quo est gratia uel domini gratia. Quo nomine declaratur primo parentibus eius gratiam quibus decrepitis filius nascerentur esse donatum. Deinde ipsi iohanni qui magnus coram domino futurus. et adhuc ex utero matris spiritu sancto munere ditandus. postremo etiam filios israel quos ad dominum dominum ipsorum erat conuertturus.

Et erit gaudium tibi et exultatio et multi in natiuitate eius gaudebunt.

Merito gaudet pater quod uel in senectam natum. uel talis gratiae accepit filium. Gaudent et alii quibus in auditum extenuis regni caelestis euangelizare ingressum.

Et notandum quod nato percursore multi gaudent. Nato autem domino adnuntiat angelus gaudium magnum quod erit omni populo. Quia uidelicet hic salutem multis predicare. illi omnibus qui uellint aduenit donare.

Erit enim magnus coram domino et uinum et siceram non bibet et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.

Magne coram domino uirtutis esse predicantem in deserto caelestia gaudia. terrenas exintegro spreuisse delicias. sed et hoc coram domino magnum eminet quam uis hominibus uideatur esse dispectum. qui is cum natus mulierum maior nemo est. lasciuientis oblectum puellae capite truncatus est. Cuius ordinem magnitudinis